





Piet. 4<sup>o</sup> 33.



15.

Q. B. V.

THESES  
DE  
ECCLESIA SYNTHETICA.

PRÆSIDE

VIRO MAGNIFICO, SUMME REVERENDO,  
AMPLISSIMO,

**DN. JO. FRID. MAYERO, D.**

Comite Palatino Cæsareo, Consiliario Regio & Ducali  
in Sacris & Ecclesiasticis ut & S. Theol. Prof. Primario, Univer-  
sitatis Gryphicæ Pro-Cancellario, Regii Consistorii Præside,  
& Pomeraniæ citerioris ut & Rugiæ, Superin-  
tendente Generali,

Publicæ Sententiarum collationi

*ad diem 21. April. 1705.*

*in Auditorio Majori Theologico  
proponende*

à

**DANIELE ZIMMERMANNNO, Pölitz. Pom.**

Respondente.

---

GRYPHISWALDIÆ,

TYPIS DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,

REG. ACADEM. TYPOGR.

2



12

COLLEGIUM SYNTHECUM  
DE  
THESE

Viro MAGNifico, SENATI REVERENDO,  
ACADEMICO,

Dr. Jo. Frid. Mayero, D.

Consiste Palatio Caesareo, Collegio Regio. & Ducali  
in Saxe & Reichenbachensi in Saxonia, Univers.  
Saxo. & Reichenbachensi, Regni Collegio  
& Reichenbachensi, Regni Collegio  
Saxo. & Reichenbachensi, Regni Collegio

Publice Senatuum Collegio

in Saxonia & Reichenbachensi  
in Saxonia & Reichenbachensi  
in Saxonia & Reichenbachensi

DANIEL ZIMMERMANN, Pöhl's Pöhl.

Leipzig

1771  
TITUS DANIEL ZIMMERMANN  
Leipzig



**JESU FORTUNANTE !**  
**T H E S E S**  
 de  
**ECCLESIA SYNTHETICA.**

PRÆFATIUNCULA.

**D**um de Synthetica impræsentiæ agere Ecclesia nobiscum constituimus, ut de instituto constet, brevem saltem eorum, quæ hinc inde Theologi nostri in Systematibus fusè proposuerunt, repetitionem instituemus, de recentioribus, ut vocant, controversiis Pietisticis, paulò fusius acturi. **DEUS** instituto nostro ex alto benedicat !

T H E S I S I.



**Ecclesiæ nomen, ut inde**

ordiamur, sicut alia, è græcia est oriundum, descendens ἀπὸ τῆς ἐκκαλεῖν ab evocando, & vi suæ originis concionem sive congregationem hominum, ut inquit B. Meisnerus in Tract. de Eccles. Disp. 1. §. 1.

ex reliqua multitudine evocatam, denotat. Fusè de hoc nomine egit B. Meisner. in Tract. de Eccles. Sect. 1. Cap. 1. de Etymol. pag. 4. & seqq. Habet & alia nomina tum propria, tum metaphorica, quæ aliàs ad Synonyma Ecclesiæ spectant, de quibus autem videri potest



Meifnerus *loc. cit.* Cap. III. pag. 23. & *seqq.* & B. Danhav. *Hodos. Phœnom.* 2. pag. 105. Unicum tantum hic notamus, quando scil. vocatur regnum cœlorum, *Matth.* III. 2. Cap. IV. 17. Cap. XIII. 24. 31. 33. 44. 45. 47. Cap. XX. 1. *seqq.* Cap. XXII. 1. & c. denominationis ratio hæc est, quia, quemadmodum in regno terreno Rex terrenus subditos suos regit illosque contra hostium insultus protegit: pari ratione & Salvator, Rex cœlestis, suos in Ecclesia gratia sua regit fideles atque adversus infidias & insultus hostium spiritualium ut Diaboli, peccati, carnis & c. tuetur. Quemadmodum inde CHRISTUS suæ Ecclesiæ Rex vocatur *Pf.* II. 6. *Job.* XVIII. 37. Quod eò magis notandum ducimus, quò magis Thomas Hobbesius in suo *Leviathan* Cap. XLIV. de Regno tenebrarum inficiatur, Ecclesiam, quæ nunc est Christianorum viventium, esse regnum DEI. Verba *loc. cit.* pag. 290. Edit. Amstelod. 8. de Anno 1670. ita habent: *Scripturarum abusus maximus, & cui ceteri subserviunt, aut adherent, earum detorsio est, ad probandum, quod regnum DEI (de quo toties in illis fit mentio) sit Ecclesia, quæ nunc est Christianorum hominum in terra viventium.* Manifestum autem est, in contrarium, regnum DEI institutum fuisse à DEO (ministrante Moyse) super Judæis solis, qui eam ob causam appellantur in *Scripturis*, *populus DEI peculiaris, idemque regnum in electione Sauli Regis desisse.* Post id tempus regnum DEI per pactum in terris nullum fuisse. Hactenus Hobbesius. Ad quæ verò breviter respondemus: A negatione modi ad negationem rei ipsius N. V. C. Concedimus Hobbesio, tali modo CHRISTUM in Ecclesia non regnare, quemadmodum DEUS apud populum Israëliticum; nullum tamen CHRISTI regimen amplius esse  
his



his in terris, indè non est colligendum. Quomodo enim aliàs illud Pauli 1. Cor. XV. 24. Ἐίλω τὸ τέλος ὅταν παραδῶ τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρί, ὅταν κατάργησῃ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν, posset explicari, si Hobbesii sententia retineatur. ?

THESES. II.

Ecclesiæ vocabulum sumitur vel *metonymicè* pro loco publico, in quo convenitur cultus religiosi causâ: Huc spectat nomen germanicum Kirche / de quo Full. *Miscell. Sacr. libr. 2. cap. 9. p. 227.* Templum Christianum Church (aspiratè) dicimus, pro Kurch / Kurch verò per Syncopen pro Kyriack / ità, ut τὸ κυριακόν, ἀπὸ τῆς κυρίας locum, ubi Domino DEO nostro solenni more servimus, denotemus, ut τὴν κυριακὴν diem. Undè *hanc vocem*, ut annotavit B. Lutherus in Catech. maj. ad Artic. 3. p. 498. *Simplices non de congregata multitudine, sed de consecratis templis & aedificiis intelligunt: vel propriè, pro congregatione hominum, qui in templis convenire solent. Atque ita sumitur vel sensu latiori, quatenus notat cœtum promiscuum quorumcunq; hominum, sive fidelium, sive infidelium; vel sensu strictiori, prout tantum dicit congregationem fidelium & sanctorum. Differentia hæc insinuatur in Aug. Confess. quandò Confessores in Artic. VII. definiunt Ecclesiam per congregationem sanctorum, in Articulo verò sequenti multos hypocritas & malos admixtos esse confitentur.*

THESES. III.

Quæ posterior Ecclesiæ distinctio eò magis est observanda, quò magis illam Pontificii, Calviniani, omnesque Fanatici, quotquot unquam extiterunt atq; adhuc existunt, arrosèrunt & labefactarunt. Id quod ut eò



clarius pateat, paulò fufius mentem noſtram circa illam proponemus, de veris veræ Eccleſiæ membris ſine mora acturi. Noſtrates igitur Theologi ad unum omnes communi hætenus conſenſu docuerunt, vera veræ Eccleſiæ membra eſſe ipſos fideles, ſivè verè credentes. Multas in hanc rem probationes adduxerunt *BB. Calov. Syſt. Tom. VIII. Art. 2. de natura Eccleſiæ C. I. Q̄ueſt. I. p. 252. & ſeqq. Et Q̄uenſt. Syſt. Part. III. C. XV. Sect. II. Q̄ueſt. I. p. 487. ſeqq.* Ut unam vel alteram adducamus, probatur hoc, quia Eccleſia (1) eſt corpus myſticum *Rom. XII. 5. 1. Cor. X. 17. Cap. XII. 27. Eph. I. 23. Col. I. 18.* Sicut itaq̄ membrum, quod non ſit eodem ſpiritu animatum, appellari neq̄vit: Ita nec verum Eccleſiæ membrum eſſe, inferunt, quod ſpiritu S. non ſit animatum *1. Cor. VI. 15. 19. Epheſ. I. 22. Cap. IV. 16. Col. II. 19.* quia (2) nominatur mater omnium credentium *Gal. IV. 26.* Vocatur ovile, cujus membra oves *Conf. Job. X. 17. 18.* Dicitur ſponſa, quæ tota pulcra *Cant. IV. 7. ſeq. &c.* Pontificiis hæc opponunt, quippe qui infideles quoq̄ hypocritas, fornicatores & mæchos, modò pontificiam religionem profiteantur, pro veris Eccleſiæ membris agnoſcunt. *Conf. Meiſn. loc. cit. Sect. II. Cap. II. Q̄ueſt. IV. p. 83. ſeqq.*

THESES. IV.

Atq̄ ita quidem, ſi de Eccleſia ſenſu ſtrictiori accepta, eſt fermo, à Theologis docetur; quodſi tamen Eccleſiam ſpectes ſecundum exteriorem cœtum & ſocietatem, quæ in doctrinæ profeſſione & Sacramentorum uſu conſiſtit, non adeò puram Eccleſiam noſtri faciunt, quin multis hypocritis & impiis hominibus ſit referta. Ita enim noſtri Confeſſores in Auguſtana Confeſſ. Artic. VIII. citato: *Quamquam Eccleſia propriè ſit congregatio*

gatio



gatio Sanctorum & verè credentium, tamen, in hac vita multi hypocritæ & mali admixti sunt. Quod repetunt in Apol. Aug. Conf. p. 144. Concedimus, inqvientes, quod hypocritæ & mali in hac vita sint admixti Ecclesie, & sint membra Ecclesie secundum externam societatem signorum Ecclesie, hoc est, verbi, professionis & Sacramentorum, præsertim si non sint excommunicati. Conf. p. 150. Non ipsa tantum experientia & omnes, quotquot inde ab origine mundi extiterunt Ecclesie, sed ipse etiam hoc confirmat Salvator, quando Ecclesiam inter alia comparat fagenæ piscatoriæ, bonos & malos pisces continenti, *Matth. XIII. 47.*

THES. V.

Et cum omnibus Ecclesiis tales impii & hypocritæ semper fuerint admisti, ipsa hoc probante inductione v. gr. de Ecclesia Adamitica, Cainum; de Noachica, Chamum; de Apostolica, Judam; de Corinthiaca, plures indignos Convivas, Scortatores, Adulteros, &c. *1. Cor. I. 11. & seq. Cap. III. 3. 2. Cor. XII. 20. seq. Actor. XX. 29.* continente; patet, quid de Fanaticorum criminationibus, quibus Ecclesiam nostram propter impios & hypocritas hinc inde proscindunt, sit habendum. Breviter illas adducemus & diluemus. Objectant (1) nostram Ecclesiam propterea nec veram, nec apostolicam dici posse, quia maximam ipsius partem constituent impii, cum contra in Apostolica plurimi auditores fuerint veri Christiani. Criminationes adduxit Summè Reverendus Dn. D. Schelwig. in *der Sectirischen Pietistey Part. I. Artic. I. n. 2. p. 13.* & B. Pfeiff. in *Scepticismo Spener. Part. II. Cap. I. §. 13. & seqq. p. 298.* Unde Christianus Democritus, quæ larva *Dippelium* tegit, in *Papismo protestantium vapulante p. 123.* Die wahre Kirche ist noch nicht



nicht da / sondern mus erstlich gesucht werden (2) in nostra Ecclesia neque diem neque noctem esse: Daß es bey uns fast Nacht sey / nicht völlig Nacht / indem das Licht der Lehre heller scheineth / als vormahls unter dem Pabstthum; aber auch nicht völlig Tag / indem wenig Herren durch solches Licht der Lehre Wahrhaftig innerlich zum lebendigen Glauben erleuchtet sind / sondern die meisten noch in der Finsterniß der Unwissenheit oder todten Wahn-Glaubens also tieff stecken. Spississimas tenebras inveniri: Eine Stock-Finsterniß des Wandels / da wir nur eine Demmerung und Morgen-Röthe in der wahren Lehre haben. Vid. Dn. D. Schelwig. l. c. n. 7. p. 20. Pfeiff. l. c. n. 10. p. 297. (3) Ecclesiam nostram regnum Anti-Christi & meretricem babelicam vocandam esse. Wir hätten viel aus Babel und aus dem Pabstthum mit in unser Kirchen gebracht und wieder angenommen / und also Gemeinschaft mit demselben gemacht. Es wäre unsere Kirche das innerste Herz des Anti-Christenthums / der Pabstlich-gesinnte Geist. Vid. Schelwig. l. c. n. 4. p. 16. Pfeiff. n. 10. Meretricem vocat ex merito nomen habens Schad / in der Praxi des Beichtstuels Part. II. S. 6. Aber / exclamans, was Kirche / Kirche? Der Herr zeigt mir / daß ihr sammt NB. eurer Kirchen / davon ihr euch rühmet / zur Hure geworden. (4) Ecclesiam animam fermè agere, in extremo jacere agone, Sie läge in letzten Zügen / daß nicht ein einiges Zeichen der wahren Kirchen übrig sey. Vid. Schelwig. l. c. n. 11. p. 23. & seqq. Inde (5) quam maximè reformatione opus habere, Es bedürffe unsere Kirche allerdings in allzuvielen eine sehr starcke Reformation. Integrum de hac Reformatione articulum habet Dn. D. Schelwig. l. c. p. 32. & seqq. Et Dispu-



Disputationem peculiarem Præceptor noster Celeberimus *Dn. D. Neumannus* de Reformatismo Ecclesiæ nostræ intentato. Separationem hinc (6) ab Ecclesia nostra, quæquam in triplici differentia, moliti sunt. Quidam enim ab externo nostro cœtu planè se voluerunt separare, & peculiare conventus agere. Pertinet huc peculiaris patriarchalis & apostolica Societas, ab *Job. Wilh. Kelnero*, Pietista in Moscovia, detecta, cujus modum & leges exhibet auctor *der kirchen Erörterung der Frage: Ob / wenn ja eines seyn muß / die Pietistischen oder Anti-Pietistischen Lehrer falsche Propheten seyn / S. 3. p. 4. & seqq.* Et ante aliquot annos in Anglia enata & publico Regis permisso hunc in finem instituta est societas aliqua philadelphica, quæ constat 44. propositionibus, & capite Johanna quædam Leade, fœmina vetula & cœca. De qua vide Summè *Rev. Dn. D. Fechtium in Colleg. Anti-Pietist. MSCto Sect. post. Cap. VI. Quest. II.* Alii separationem quæsiiverunt in Collegiis pietatis, hunc in finem institutis, ut non tantum essent incrementa veræ vivæque DEI notitiæ & promovendæ majoris vitæ sanctitatis, sed etiam, ut iis saltem veri Christiani à falsis, veræque Ecclesiæ membra à depravatissimo cœtu separarentur & distinguerentur, undè & horum Collegiorum absoluta necessitas defensa fuit. Alii deniq; omnium subtilissimè separationem instituere voluerunt per occultum privatumq; commercium vel Collegiis oralibus, vel epistolis missitandis instituendum, quibus invicem, qui veri Christiani audire vellent, arctius jungerentur, è contra reliquorum carnalium conversationem penitus vitarent. Cujus consilii primus auctor fuit, *D. Valentinus Andreae.* Vid. *Dn. D. Fecht. Colleg. MSC, in König. loc. de Eccl. S. 16.*

B

TH. VI.



THESES. VI.

Quid verò ad illa respondemus? Multa eqvidem in Ecclesiæ nostræ, si illam spectes secundum exteriorem faciem & societatem, membris corrigi & posse & debere, lubentissimi fatemur, propterea tamen ipsa Ecclesia tot injuriis extrahenda non est, quamdiu enim in mundo hoc vivimus, impossibile est, ut ab omnibus impiis & hypocritis liberari possimus: Et quod Imperator Constantinus M. Novatiano Episcopo similem Ecclesiam cum fanaticis nostris desideranti respondit: *Pone Scalam, Acsi, & in Cælum solus adscende*, idem & hic valere, ostendit prælaudatus Schelwig. *loc. cit. p. 17.* adeò nulla Ecclesia datur, quæ ab omni mundata sit impietate! Ostendant, quæso, fanatici talem Ecclesiam? Stabit utique illud Lutheri: *Die Kirche bleibt wol eine unterthänige Sünderin. Quare: Wenn Kanzel / Tauff und Altar stehen / so laß das andere immer gehen.* Quod nunc ad *ἡμῶν* nostræ Ecclesiæ objecta speciatim attinet, Theologi nostri jam modò illa diluerunt; non tamen pigrabimur quædam ex illis excerpere. Ad primum itaq; respondemus (α) per instantiam Ecclesiæ Apostolicæ, multis nævis laborantis, quod ex dissentientibus aliquis negare nequit, quando in der Ubereinstimmung *p. 229.* scribit: *Die erste Apostolische Gemeinde hatte ihr Gebrechen. Ergo nec illa Ecclesiæ nomen fuit merita? Ergo non fuit Apostolica vocanda? Quæ hic excipiuntur, ad illa fusè respondit B. Pfeiff. loc. cit. §. 15.* (β) Non tam à vitâ, quàm à doctrina Ecclesia nomen accipit, ut Apostolica vocetur. Sint ergo multi imò plurimi impii in nostra Ecclesia, quamdiu Apostolorum doctrina in illa viget, Apostolica manebit. Id quod ipse dissentiens fateri



fateri necessum habet, quando in der Ubereinstimmung  
*p. 223.* Wir haben / inquit, durch Gottes Gnade die  
 wahre Lehre / sonderlich was in unsern Büchern und Be-  
 kändnissen stehet / daraus man billig ins gemein NB. von  
 den Kirchen zu urtheilen hat. Vid. Dn. D. Schelw. *Synops.*  
*Artic. XXVII. Quest. I. p. 245. seq. edit. vet.* Cadit hinc illud  
*Dippelii* quod Ecclesia vera adhuc sit quærenda. Ubi  
 namq; vera doctrina, ibi vera Ecclesia. Atqvi in nostra  
 E. Et per consequ. non opus est, ut vera Ecclesia adhuc  
 quærat. Ad secundum Convitium quando acce-  
 dimus, illud jam ex priori sufficienter potest refelli.  
 Quodsi enim in nostra Ecclesia est doctrina pura, quem-  
 admodum adversarii confitentur, etiam lux ut adsit,  
 necesse est, siquidem verbum Divinum, ex quo doctrina  
 est desumpta, est lux pedum nostrorum in nostris semi-  
 tis, *Ps. XIX. 9 CXIX. 105. Prov. VI. 23. 2. Petr. I. 19.* Sed ubi  
 lux verbi Divini splendet, quomodo ibi possunt esse te-  
 nebræ? *Rom. XIII. 12. Schelwig. Synops. loc. cit. Quest. II.*  
 Denominationem *babelici scorti*, quæ inter convitia ter-  
 tium occupat locum, quod concernit, Respondetur: in  
 nostra Ecclesia & vera viget doctrina, & verè pii sunt,  
 at verò in Ecclesia babelica & regno atqve corde Anti-  
 Christi neq; doctrina neqve vita pura existit, propterea  
 etiam ex illa exire jubemur *Apoc. XVIII. 4. Schelwig.*  
*Synops. Quest. III.* Et quod quartò de ultimo Ecclesiæ  
 agone cavillantur, se ipsos certè prostituunt, qui, cum  
 se membra Ecclesiæ gloriantur, talia effutiunt. Neq;  
 enim sibi vel ulteriorem vitam, neqve efficaciam ex  
 verbo divino & sacramentis sibi promittere possunt,  
 si omnis Ecclesiæ denegetur vita. *Schelwig. Syn. l. c.*  
*Quest. V.* Et cum impossibile sit, ab omni iniquitate Ec-  
 clesiam



clesiam purgare, siquidem si tollas vitia, quæ hic taxantur, & ipsos homines sustuleris, neque nova, quæ quinto loco adducitur, & solennis Ecclesiæ intentanda erit reformatio. Plura de hac reformatione suppeditabunt auctores supra citati. Adde *Synops. loc. cit. p. 256. & seq.* B. Carpzov. peculiari programme & Venerandum Dn. D. Deutschm. in *Disput. de moderno Ecclesiæ nostræ statu.* Quod denique ad ipsam attinet separationem, prima eaque crassissima, cum metus esset, ne in pernitiosum degeneratura esset schisma, ab ipsis novatoribus fuit rejecta. Vid. *Übereinstimmung Dn. Doct. Spener. Artic. VII. Thes. IV. p. 221.* Instantiæ loco obvertere possumus Ecclesiam Corinthiacam, in qua, etsi pessima invenirentur vitia, adeò tamen nulla instituebatur separatio, ut ipse Apostolus Paulus nomina schismatica, quibus separatio metuenda esset, graviter in Corinthiis increpaverit. *1. Cor. I. 11. seqq. & Cap. III. 3. & seqq.* De Collegiis pietatis, quibus alii separationem quæsierunt, quid habendum sit, suo exemplo, postquam instituerat, ostendit inter alios *Magnificus Dominus noster Pro-Cancellarius, Patronus atque Præses noster humillima observantia colendus, in Museo suo Part. IV. Cap. II. pag. 17.* *Ejus quondam instituti Nostri nos nunc pœnitet, semperque pigebit. Acerbius autem vel inde nobis memoria ejus recrudescit, dum etiamnum, quo hoc scribimus tempore, pugandum cum his est, qui incepto in nostro latibulum iniquitatis suæ sibi comparatum existimabunt. Fatemur itaque denuò, per Collegia ejusmodi & privatos cum laicis propter sanctimoniam congressus Satanae fenestras, quod dicunt, aperiri, quorsum hominibus improvidis illabatur, lustra & cubilia commonstrari, in quibus conquiniscat, donec ad disperdendas animas possit in*  
medium



medium proficere. Quare pia sedulaq; scripturarum divinarum meditatione & interpretatione, quin & assiduis Catecheticis examini- nibus, accuratis ex sacro suggestu sermonibus, ea omnia posse obti- neri, quæ ad propagationem doctrinæ vitæq; Christianæ pertinent, arbitramur. Major Ecclesiæ & universorum, quam singulorum, habenda ratio est, nec paucorum edificatio cunctorum ruinâ redimi atq; constare debet. Varia de his Collegiis Theologorum judicia collegit Dn. D. Fechtius in Colleg. Anti-Pietistico Sect. I. Cap. I. toto. Conf. & Dn. D. Schelwig. in der Secti- rischen Pietist. Part. I. Artic. VIII. p. 26. seqq. & B. Dn. D. Schomerum pec. Diss. De ultimo separationis modo ob- servamus, quod ille non possit non contemptum alio- rum (vulgò Antipietistarum) præ se ferre & involvere, imò in schisma aliquod degenerare, undè Dn. D. Fecht. ad hanc societatem invitatus per literas à nonnemine datas, in responsoriis recusavit. Vid. Colleg. in Köni- gium loc. de Eccles. §. 6. sub finem.

THES. VII.

Vocantur autem homines ad Ecclesiam per certa media, quæ citra controversiam sunt verbum & Sacramenta. Quæ enim per lumen naturæ vocatio instituitur, illam nimis indirectam esse, imò, ceu loquitur B. Dannbauerus, præambulam vocationis, inter omnes convenit. Quò verbò autem, an lege, an verò Evangelio, ipsa homi- num ad Ecclesiam vocatio fiat, recenter inter Dn. D. Schelwigium & Dn. Constantinum Schütziū fuit disputatum. Ille enim 1695. scri- pserat eine kurze Wiederholung der Evangelischen Wahrheit in einigen Lehr-Puncten / & ibi p. 14. monuerat: Es vermengen das Gesetz mit dem Evangelio, die sich andern zu bereden trachten / als ob S D E die Christl. Kirche nicht allein durchs Evangelium / sondern auch durchs Gesetz beruffe / samtle und erhalte / cum se opponeret Constant. Schü- tzius libello, cui titulus: Versicherung / in lucem edito & in illo ad Formulam Concordiæ p. 670. DEUM per legem ad Ecclesiam etiam



vocare testantem, provocaret. Statim respondit Dn. D. Schelwig. tum ipsi Schützio, tum ad locum Form. Conc. alio Tractatu sub Titulo Erinnerung. p. 6. & seqq. partim, quod lex naturâ suâ terreat, iram operetur, Rom. IV. 15. inde nec vivificare, nec ad Ecclesiam ducere possit, Gal. III. 21. partim etiam, quod nihil de CHRISTO norit, adeoq; nec ad CHRISTUM ejusq; Ecclesiam adducere queat. Vix hæc lucem adspexerant, cum D. Spenerus persuasus, primum illud Schelwigii scriptum: Die kurze Wiederholung sibi esse oppositum, sententiam Schützianam in der freudigen Gewissens-Frucht / p. 34. & seqq. defendere & Dn. D. Schelwigium refutare annisus fuit. Examina vit autem Speneri scriptum ejusq; hanc in rem verba Dn. D. Schelwigii in der Sächsischen Meistertey / Part. III. Art. XIV. p. 4. & seqq. Et in der Gewissens-Rüge / p. 65. & seqq. Itemq; sententiam suam defendit in Synops. Art. 17. p. 118. & seqq. Tota autem questio ita potest decidi: Solum Evangelium positivè & causaliter ad Ecclesiam vocat, quemadmodum in Artic. III. Symboli Apost. confitemur: Credo, me propriis rationis mee usibus JESU CHRISTO Domino meo fidere, aut ad eum accedere & pervenire nullo modo posse, sed Spiritus S. NB. per Evangelium me vocavit, suis donis illuminavit, &c. Et huc faciunt rationes Dn. D. Schelwigii antea adductæ; Ipsa tamen lex nihilominus aliquid, indirectè scil. privativè, per accidens, & ut conditio sine qua non, removendo prohibens, ad vocationem Ecclesiæ facit. Quemadmodum remotio Valvarum ad illuminationem conclavis, & remotio lapidum & impedimentorum ex via, atqve ipsa via, aliquid ad iter meum conferunt.

THES. VIII.

Præter verbum DEUS in vocandis ad Ecclesiam hominibus etiam utitur ministerio Ecclesiastico, suis verbi ministris. Conf. Eph. IV. 12. & seq. B. Musz. Tract. de Eccl. Part. I. §. 42. & seqq. p. 90. & seqq. Fanatici nostri, quemadmodum toti ministerio sunt exosi, & varia in illud conjiciunt convitia, prout Arnoldus apud Dn. D. Fechtium in Diss. de Sanctitate Ministerii Eccl. Dippelius in Papisimo Protestantium vapulante p. 9. & seqq. & p. 19. & seqq. p. 30. p. 51. & seq. & Auctor des entdeckten und verdeckten Carnevals in dem 1. 2. 3. Aufzuge aliq; produunt:



produunt : Ita Ministros Ecclesie pro causa corruptionis Ecclesie venditant. Querelæ ita concipiuntur : Es ist sehr zu fürchten / daß unser meistes Verderben in der Kirchen daher komme / daß die NB. meisten Lehrer besorglich fleischliche und nicht wiedergebörne Leute sind / daher sie in ihrem Ampte / woraus gleichwol alles Gute in der Kirchen kommen solte / nicht so viel ausrichten / was sie solten. Vid. *Wittenbergensium Christ-Luth. Vorstellung Artic. VIII. Thes. II. p. 136.* Respondit ad hæc Dn. D. Schelwigius in *Synops. Art. XXVII. Quest. I. p. 247.* Addimus : Optandum quidem esset, ut Ministri Ecclesie officio suo ubiq; rectè defungerentur, sed cum proh dolor ! experientia contrarium testetur, nulla hinc corruptio ipsi accedit Ecclesie, siquidem & impii Ministri, cæterà Orthodoxi, æque habent virtutem verbum Divinum cum fructu prædicandi, & Sacramenta administrandi, atq; ipsi pii, quemadmodum *Aug. Conf. Artic. VIII.* docet. Quid Ecclesie Apostolicæ in ædificatione detrimenti accedebat, quod in illa impius esset Judas ?

THES. IX.

Notas veræ Ecclesie Nostri faciunt puram verbi prædicationem, & legitimam Sacramentorum administrationem. Vid. è multis Qvensted. *Syst. Part. III. Cap. XV. Sect. II. Quest. IV. p. 504.* Habemus præter Pontificios, quorum quindecim notas apud Qvenst. *loc. cit.* refutatas vide, Adversarios, nonnullos ex hodiernis Fanaticis, qui non tantum puram verbi prædicationem rejiciunt, sed etiam vitæ sanctimoniam pro infallibili Ecclesie nota habent. Audiamus Dippelium in *Pap. Protest. vapulante p. 90. & seqq.* Es muß doch einmahl eine sichtbare wahre Kirche seyn / und ein Kennzeichen / woran dieselbe von andern irz gläubigē Versammlungen zu unterscheiden. Man spricht zwar viel von dem geoffenbahrten Worte Gottes / aber das thun ja alle Religionen / Feine wird das Wort Gottes auf die Seite setzen / wenn es zum Streit kömmt / wer saget mir denn endlich / wer recht hat. — Ich weiß / das in der Lutherischen Kirchen vor ein unfehlbares Kennzeichen der wahren Kirche gehalten wird / wenn das Wort Gottes lauter u. rein geprediget wird / aber wer saget mir / wo solches geschieht p. 92. die Christliche Kirche kan eine sichtbare wahre Kirche seyn / wenn sie in einem Zustande ist / da sie weder das Wort äußerlich predigen noch die Sacramenta gebrauchē kan / wie es wol öfters unter den ersten Verfolgungē der Christen mag gewesen seyn. Daß also das beste  
und



und allgemeinste ohnfehlbare Kenn-Zeichen der Christlichen Kirche  
 übergegangen wird/ nehmlich NB. der Wandel / so dem Leben und Wan-  
 del Christi gleichförmig ist / welcher den wahren Christen auff keine  
 Zeit kan geraubet und entzogen werden/ daß man auch nicht von aussen  
 sehen und sagen könne / siehe / der ist ein Christ. Quæ ultima verba  
 de vitæ sanctimonia repetit in dem Wein und Del p. 93. & seq. & ipse  
 Spen. hic consentit cum Dipp. quando in der Abfertigung D. Pfeifferi  
 C. III. §. 3. p. 55. & seq. fructus fidei, ipsam vitæ sanctitatem, non tantum  
 pro secundaria, sed etiam pro infallibili & certissima nota veri Chri-  
 stiani, & consequenter veræ visibilis Ecclesiæ habet. Non jam prolixi-  
 erimus in his refutandis, cum, quæ contra verbi divini prædicationem  
 adferuntur, omnes systematici satis superque exploserint; sed tantum  
 hoc dicemus, eadem & sanctitati vitæ objici posse. Primò enim, si san-  
 ctimonia vitæ (in oculos scilicet incurrens) est infallibile & externum si-  
 gnum NB. visibilis Ecclesiæ, ubi, quæso, fuit Ecclesia tempore Eliæ,  
 ubi omnes videbantur genua coram Baal flexisse, & nisi Deus septem  
 millia sibi soli cognita super esse, quæ genua sua non flexissent, dixisset,  
 nullus hoc scivisset, sed nullum piæ reliquum fuisse asseverasset?  
 Ubi verò tum erat Ecclesia 1. Reg. XIX. 14. 18.? Deinde, etiam hypocritæ,  
 pseudo-prophetæ ovium vestimentis incedentes Matth. VII. 15. imò  
 ipse Diabolus se in angelum lucis transformans 2. Cor. XI. 14. multa de  
 pietate & vitæ sanctimonia jactitant; sed quis mihi dicet, an vera sit  
 pietas? Porro; etiam visibilis Ecclesia potest esse, ubi nullus externè  
 est pius, sed ubi tum Ecclesia? Tandem: Unde vera à fucata pietate  
 est discernenda, nisi ex solo verbo divino? Manet ergò ultimum re-  
 fugium verbo divino, & hinc vera & infallibilis nota veræ Eccle-  
 siæ. Plura quidem superessent, sed & temporis & chartæ brevi-  
 tas filum abrumpere jubet. Nihil ergo superest, quàm ut DEO

T. O. M. debitas persolvamus grates. Servet ille suam  
 Ecclesiam in veritate, quia verbum  
 suum est veritas!

S. D. G.









